

* P * V * I * S *

* 1 * 6 * 2 * 4 *



- I. Paraphrasis Psalmi LXXXII M. Zachariae Wennenezeri
- II. Psalmi Davidici 121. 91. 125. 124. Gregorij Bersmanni.
- III. Epitaphium de Christo recens nato Joachimi Flemingi
- IV. Lessius Casareus Cyriaci Herdesiani sup obitum Rudolphi Imperatoris
- V. Soteria Dn. Johanni Georgio Saxonum Duci Academiae Wittebergensis.
- VI. Votivus applausus Dn. Hug: Principi Ansalino administrationem principatus Cisalpinii suscipienti Frederici Theodori Gorlicio
- VII. Theophrastus Epigram ad Dn. Augustum Principem Ansalinum Romazis causa servestanae nerezum M. Petri a Jena.
- X. Epithalamium Marci Frederici Wendelin ad Dn. Augustum Ducem Brunovicensium.
- II. Epithalamium ad eundem principem Jani Cremeri.
- III. Ecloga Gregorij Bersmanni Rudolpho Principi Ansalino sponso scripta.
- XI. Theophrastus Epigram ad Dn. Rudolpho Princ: Ansalino scripta à Collegis Scholae Servestanae.
- XII. Epicedium in obitum Dn. Rudolphi Princ: Ansalini Abrahami Cremeri.
- XIII. Strena Poetica Christophori Heroldi.
- XIV. Querele Saravintonis et Biomeae.
- XV. Gregorij Bersmanni in pontem sablicium Despuensem Carmen Epigrammatum.
- XVI. Joachimi Flemingi Piculum Scholasticum.
- XVII. Abrahami Vbici Diagrapha Laboris Scholastici.
- XVIII. Coronis Collegio Disputatorio et Oratorio imposita.
- XIX. Typus Depositionis Scholasticae Frederici Widebrani
- X. Bulla Amuleti M. Bloey.
- CI. Oda honoribus Dn. Danielis Burchardi Dn. Johannis Christophori Hartmanni. Dn. Philippi Meudlinger. Dn. Matthaei Coleri Doctorum scripta.
- XXII. Gratiarum Actio M. Johannis Copperij post Magistrum autum pronuntiata.
- XXIII. Epigrammatum Cerevisiae Servestanae Danielis Burchkriegeri.
- XXIV. Desortatio à Callemnijs
- XXV. Germania ad Principem epistola Ad: Martino Prætorio.
- XXVI. Votum Scholae Vesaliensis
- XXVII. Theophrastus Epigram ad Dn. Johannem Stunium.
- XXVIII. In honorem Magistrum Dn. Johannem Guac
- XXIX. Trizinta Jeverum M. Christiani Galli Italosaxonis.
- XXX. Adami Forweroy Frederici Steseris Ernesti Wulstorgij.
- XXXI. Eorundem
- XXXII. Juvenum 37. M. Theophili Carisseri
- XXXIII. Johannis Cremeri.
- XXXIV. In honorem Notarii Valerij ni Gelani.
- XXXV. Strena anagrammatum quadrifida Christophori Heroldi.
- XXXVI. In nuptias Dn. Wolfgangi Amlingi 4. V. D.
- XXXVII. Eiusdem Johanni Amlingi Nicolai May.



LI.
HONORI NUPTIARUM

Uiri Prudentiæ consilioq; eximij

Dn. GEORGII BURCHARDI

Senatoris VVittebergensis

dignissimi & N. P. Secundum
SPONSA.

Inxta ac

Virginis Lectissima pudicissimaq;

BARBARÆ

Dn. CLEMENTIS BERGERI,

Senatoris & p. t. judicis VViteberg. meri-
tissimi, filia, Sponsa,

gratulantur

Sponsi Sympatriotæ & affinis.



VVITTEBERGÆ,

APUD PAULUM SCHETLERUM

M. DC. XVIII.

HONORATISSIMO

DR. GEORGII BÜRCHARDI

Scilicet Vicedominus

Universitatis

Magistri

BARBARAE

DR. CLEMENTIS BÜRCHARDI

Scilicet Vicedominus

Universitatis

VITTEBROGAE

ANNO PAVLINO SEPTESIMO
M. DC. XVII





Vi semel expertus ventos fluctusq; benignos
Numine presenti, rursus se navita ventis
Committit; Sic coniugij qui mollia fata
Expertus, cur non thalami nova gaudia querat?
Quod queras, prudenter agis Neonymphe, nec

Cur queras, ratio est. Quâ commoditate maritum (una
Namq; marita beet, novit, cui contigit illa.
Contigit illa tibi, postquam sed in aequore mundi hoc
Rectoris summi arbitrio sat vecta, quietis
Æternæ portum tetigit, iustumq; dolorem
Matronale decus peperit tibi Margaritæ, astit hunc
Barbara sponsa levat, quid? barbara virgo dolores
Numine levare? creare potest, puto: Fallor at, absq;
Omne nomen habet: quanquam & Asontana vocetur,
Non tamen inculeo, Iovæ sed monte sacro
Leucoreo nata est, bene & informata parentum
Præceptis, quorum mores huius cura decentes
Conciliat, formæ faulrix natura decorem.
Cum nosti hæc, non te Vir prudentissime terrent
Nomina, rem spectas. Tu fac, modo Barbara semper
Cultæ tuo Sponso pietas moresq; probentur.
In amicitia viam, decet haud discordia navis
Quos vehit una, malum, facite, ut procul exulet illud.
Sic haud irarum fluctus, nec nubila vestrum
Contristare poterunt sed prosperioris
Fortune vobis afflabit lenior aura

*Tranquilloq; usis feliciter a quore, tandem
Aeterna portum comedet. Iova quietis.*

Petrus Crugerus Lub. Saxo.



GEORGIUS BURCARDUS LUBECENSIS,
BARBARA BERGERI WITTEBERGENSIS.

Αναγγελματισμῶν

DEUS, AGGRAVOR, RELICTUS, BENE,
SURGE, BRABH, RUBENS, CURRE,
BIGIS, BEAS.

Sponsus.

Eheu quàm miserè DEUS ex parte AGGRAVOR omni!
Eheu, quæ juncta est thalami mihi fœdere, præcox
Mors præmaturâ (florem ipsum!) falce recidit!
O mea! te caream rebus solamine in arctis,
Obrutus, in densis tenebris, squalore, RELICTUS?

Sed quæ mellifluo placida advolat aura susurro?
Ipsa mihi carmeu visa est effundere Pallas:
Ipsa novena cohors, digitis percurrere docta
Suaviloquam citharam, resonare per æthera cantu.
Sed BENE quam video? gressu captabo loquelam,
Suspensio accedens: puri quæ flammula amoris
Accendit se animo? qui ignis præcordia adurit?

Sponsa

Eloquor? an fileo? Sileo. Sed prompta recusat
Mens parere Deo, divisq; insistere jussis.
Nox erat, & placida irrorâras membra quiete,
Alme sopor: Subitò è cœlis vox verberat aures?

SUR

SURGE puella, veni, iussisq; accingere nostris.
Confilio, antiquaq; viro pietate micanti
Burchardo te despondi: Sis tute BRABII
Sponsa loco pro constanti, Sis, mente, levamen:
Quo vulnus curet, medicina es sola doloris.
Dixerat. Aufugit tenues resoluta per auras,
Attonita hæc referens siccis vox faucibus hæret,
Ora RUBENS pingitq; pudor: mens nescia pendet
Spemq; metumq; inter, quoquò se flectere pergat.
Ah! quis se subito nostris ingessit ocellis?

Sponsus.

CURRE citis BIGIS, mea sponsa accurre quadrigis
Extractum immersum curarum fluctibus atris,
Adjunctumq; animo corpus compage solutum.

Eia, mea, eja, BEAS, mea, me: pro munere tanto
Me tibi in æternum jungat Deus optimus: Utq;
Corporibus, faxit, simus mens una duobus.

*Martinus Wilde
Lubecensis.*

RES bona coniugium, nulli temnenda fideli,
Humanum per quod stat residetq; genus.
Hoc Neonympe probas, carâ nam coniuge nosti
Defunctâ, Socij commoda quanta thori
Ut fuit ergo ergo tui causa haud iniusta doloris,
Sic nunc quam quæris, iusta medela, tibi est,
Quem peperit luctum tibi Margaritis ante, levabit
Quæ venit in thalamos, Barbara Sponsa tuos.
Hæc te digna viro simul hæc tu coniuge dignus
Hæc, tuam poterit prole beare domum.

A 3

Gaude

Gaude Sponsa viro, coniux cui contigit ille,
Clatum quem dicit curia Leuconia
Gaude Sponse tibi talis cui contigit uxor
Moribus eximijs clara, pudica, decens.
Singula non dicam nil non laudabile in illa est
Ut possit tantum promeruisse virum.
Fortunati ambo veneris nova cura pudica,
Digna puella viro, virgine dignus amans.
Alter uti pulchros vincit, sic altera pulchras,
Alter ut alterius postmodo victor erit.
Tu Sponsam bonitate tuam, Sponse optime vincis
Et Sponsum vincis, Sponsa lepore tuum.
Lactea labra premas, & lactea lumina tangas
Lactea in ora voles, lactea colla petas.
Lactea basia ames, & lactea basia figas,
Lactea lacteola virginis ora petens.
Hanc solam foveas foveat te sola viuisim,
Perpetuo & durent ha sine fine vices
Heva velut dominum, dominamq; ut amavit Adamus
Dilige Sponse tuam, dilige Sponsa tuum
Vivite felices thalamis concordibus ambo
Et faveat vestro, qui dedit ipse, thoro
Sit pax una fides, stabilis concordia semper,
Vnus amor sobolis cura sit una domus.
Oro Deus praesens qui fautor & autor amoris,
Perpetuo ut dextras iungat amore duas,
Successus faciat latos habeatis uterq;
Et multa crescat prole & honore domus
Lactea quo dulcis producant pignora amoris
Pectore qua matrem qua referantq; patrem
Ut tandem emeritos Deus hinc post plurima lustra
Transferat ad regni gaudia vera sui.

Johannes Zur Neggen Lub.

ALI

ALIUD.

Nescit iners turtur quicquid dulcedinis insit,
At tædas, Sociæ post fata, redire secundas,
Dum gemere aeriâ non cessat mœstus ab ulmo,
Et bustum flet triste suæ irreparabilis ævo
Conjugis à luctu nolens avertere mentem.
O stolidam volucrem! vosq; ô qui temnitis illa,
Quæ natura sitit, licitus concessit & usus!
Dicite quid potius? magè quid, mihi dicite, pulchrum?
Quàm blandum (quando, lubet ut, conceditur uti)
Virginis ingenuæ juvenem sibi jungere amorem.
Aut ave cum Paphiâ tristes exite palumbes,
Schismaticæ hinc simul ac ô Montanista faceffe,
Scandere strata tibi quando permissa refutas,
Illicita ut quæras fœdis sua pabula flammis.
Ast Neonymphe veni, Vir Consultissime prodi,
Qui, postquam parvo Lachesis defessa labore
Fila tuæ uxoris communi falce recidit,
Sincerum rursus pulchræ meditaris amorem.
Virginis: hinc laudes tibi decernuntur abundè,
Et celebranda die hoc Hymeneia gaudia sacro.
Gratulor hinc primum tibi, post de conjugè castâ
Quæ festiva tuo thalamo se mancipat uni,
Teq; suum gestit dulcem appellare maritum.
Ejus tu lepidis noctes cessabis in ulnis,
Grataq; ages missis Augustis otia rebus.
Es fœlix, eris ast ex asse beatior omni,
Si vos concordēs nec læta nec aspera mutet
Sors, quod verus amor poscit, ludusq; jocusq;
Intrent in thalamum, & solatia mutua, vestrum.
Conjugij ut vobis placetur Pronubus omnis,
Et favor æthereâ jugis descendat ab arce.

*Affinitatis ergo
apponebat*

Christophorus Bostelinus Lub.

F I N I S.

ALIND

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

F I N I S



Id 4206
g

ULB Halle

3

004 167 287



f
56

Sik. 18 u. 25 nicht in PICA,
da Hschr. +90


8-14

24 VD 17

10. Aug.
Jul. 01

M







an 50

TIARUM

oq, eximij

RCHARDI

bergenfis

cundum

licissimaq,

Æ

BERGERI,

teberg. meri

finis.

GÆ,

TLERUM

